

## PHARMACOPOEIA REGIA.

principibus partibus, ad strumque toxum in veneros amplexus sollicitandos, si modo probi odores infesti non fuerint; dejectas vires instaurandas, Exxiā illis procurandam quia morbis diuturnis attriti fuere.

Exhibesi potest à gutta vna vel duabus, ad septem usque vel octo ex vino Hispanico, aqua Cinnamomi, aliave quopiam liquore cardiaco.

Licer etiam subtilissimum pulvretum deducere drachmas duas optimæ Ambræ Griseæ, cum equali pondere sacchari candidi, ac scropulo uno moschi Orientali; addicisque in totum guttæ duodecim Olearum stillachiorum certicum malorum citriocum & Arantianum, Florum Lavendulae, Maiorane, Rosarum & Cinnamomi, simili conterere, ac in unum corpus compingere in mortario marmoreo, p. stillo ligneo, indeque confondere Ambram griseam Essentificatam, ad levigandam in vase quopiam exiguo, optime ocludente, quæ in eodem usus trahi debet ac Essentia Ambræ griseæ puræ, sed dozi minori; quandoquidem satis est unaquaque vice exhibuisse magnitudinem parvi pī ex apice culti, superbibendo pauxillam vini Hispanici aut aquæ Cinnamomi.

## CAPUT XXXIV.

## De Preparationibus Succini.

**O**rigo Ambræ flavæ & albæ, quibus plurimi nomen Succini, Eletri, Chryso electri imposuerunt, Carabus item; Giesii & Resinæ terræ, non minus apud Authores dubia est quam Ambræ griseæ; Quidam enim Avium quarundam stercus esse censent; Alii succinum resinum cuiusdam arboris esse assertunt nisi proculdubio Ovidii carminibus in metamorphosis, de mutatione sororum Phætonis in aves.

Inde fluunt lacrymæ stillataque Sole rigescant  
De ramis Electra novis, que lucidus amvis  
Excipit & nuribus mittit gestanda Latinis.

Alli vero starent succum esse bituminosum è terra visceribus erumpentes, ad maris superficiem elatum, demum à sole concretum & exsecatum, ad littora maris, in quibus seperitur, à marinis fluctibus propulsum, Quam opinionem omnium maxime recte confonata existimo.